Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Odysseia.|| Batrachomyomachia.|| hymnoi .32.||

Homerus

[Venedig], [1504]

Titelblatt

urn:nbn:de:gbv:45:1-763483

Visual Library

ΟΔΥΣΣΕΙΑ.
Βατραχομυομαχία.
ὕμνοι. λβ.

VLYSSEA.
Batrachomyomachia.
Hymni. xxxii.

AL DVS

EX BIBLIOTHECA
OLDENBVRGENSI.

Landesbibliothek Oldenburg

ALDVS PIVS MANVTIVS ROMANVS HIERONYMO ALEANDRO MOTENSI. S.

Curare oportere parenteis, quæ nam ſtatim natis infantibus indantur nomina multis rationibus adducor, ut credam Hieronyme ſuauiſs. ſed præcipua eſt, quod non ſapientibus ſolum hoībus, ſed et ipſi Deo Opt. Max. curæ id fuerit. Hebrææ. n. Puellæ ſemper Virgini Redemptorem cōcepturæ humani generis, ab Angelo nuntiatum in Euangelio legimus. Et uocabis nomē eius IESVS, et paucis ante menſibus Zachariæ ſacerdoti, Vxor tua pariet tibi filium, et uocabis nomen eius Ioannes. Præterea τετραγράμματον Dei omnipotentis nomen incomprehenſibile, infinitæ uirtutis eſſe commemorant, Idq; per IESVM ſcin litera interpoſita, factum comprehenſibile, quemadmodum per eum ipſum uiſibilis Deus apparuit, a doctis accepimus. optime igitur a patre tuo excellenti philoſopho, ac medico perinſigni factū cenſeo, cum diuo Hieronymo uoluit te eſſe cognominē, quo illius fores et doctrinæ æmulus, et probitatis. Id quod a te factum uidemus miro ſucceſſu. Perge igitur mi Alezander unà cū Maphæo Leone Mecœnate tuo. Sic itur ad aſtra. Sic petitur cœlum. Sed de his nunc ſatis. non. n. dubito, quin noſtræ, & cæterorum, qui te amant, expectationi reſpondeas. Exigebat hic locus, ut de Batrachomyomachia, et hymnis Homeri aliquid dicerē, ſed ſatis eſſe duxi, quæ ſuper his a Demetrio Chalcondyle uiro ætatis noſtræ